

Tido Heinrich Lith von der

Orationem Solennem In Auspicatissimum Serenissimi atq[ue] Potentissimi Principis ac Domini, Dn. Christiani V. Daniae, Norwegiae, Vandalorum Et Gothorum Regis, Ducis Sleswici, Holsatiae, Stormariae Et Ditmarsiae, Comitis Oldenburgi & Delmenhorsti, &c. &c. Regis atq[ue] Domini sui Clementissimi, Qui XV. Aprilis Illucescet Natalem, Ipsa illa die, hora XI. In Collegio Maiore Habiturus est, Pereximus Iuvenis Franciscus De Hagen, Hafnia Danus, Ad Quam Audiendam, Magnificum Universitatis Rectorem, Illustres Atque Generosissimos Barones ... Invitat Tido Henricus à Lith, Eloquent. Prof. Ordinar. : [P.P. in Universitate Viadrina ad d. XIII Aprilis A. MDCXC.]

Francofurti: Zeitlerus, [1690]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788033131>

Druck Freier  Zugang





~~H. 421~~^{20.}

Q. D. B. V.
ORATIONEM SOLENNEM
IN AUSPICATISSIMUM

Serenissimi atq; Potentissimi Principis
ac Domini,
DN.

CHRISTIANI V.
DANIÆ, NORVVEGIÆ, VANDALO-
RUM ET GOTHORUM
REGIS,

DUCIS SLESWICI, HOLSATIÆ, STOR-
MARIÆ ET DITMARSÆ, COMITIS
OLDENBURGI & DELMENHORSTI,
&c. &c.

Regis atq; Domini sui Clementissimi,

QVI XV. APRILIS

Illucescet

NATALEM,

Ipsa illa die, hora XI.

In COLLEGIO MAJORE

Habiturus est,

PEREXIMUS JUVENIS

FRANCISCUS DE HAGEN,

Hafniâ Danus,

AD QUAM AUDIENDAM,

MAGNIFICUM UNIVERSITATIS RECTOREM,

ILLUSTRES ATQVE GENEROSISSIMOS BARONES,

PROCERES UNIVERSTATIS Ejusq; CIVES

HONORATISSIMOS,

Eâ quâ decet Humanitate

Invitat

TIDO HENRICUS à LITH,

ELOQVENT. PROF. ORDINAR.

Francofurti, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI



Vem ad d. XVII. Calendas Majas
illucescentem, *Serenissimi atq; Potentissimi Danie Regis CHRISTIANI V.*
felicissimum Natalem, per geminū ejus
regnum eidemq; junctas cæteras terras,
omnis ordo, ætas & sexus omnis anni-
versariis gaudiis festisq; gratulationi-
bus, auspicatò, quod confidimus, colet;
eundem per vicinas æquè & longinquas melioris orbis gen-
tes, patriis simul ac peregrinis studiis celebrari non inde-
cet. Cùm enim amplissimorum illorum MAXIMI REGIS
in rem Christianam meritorum ambitus, non iis sit inclu-
sus finibus, quibus prolatum vel in alium orbem imperi-
um ejus terminatur; sed per nationes populòsq; cultiores
omnes & regionibus disitos & moribus linguisq; distractos
& natura ingenioq; diversos pateat; atque ipse adeò, quos
nascendi sorte regnandique jure, sacramento sibi haud ob-
strinxit, beneficiorum tamen nexu ac veneratione pietatis
obligatos habeat; sanè tam longè gentium bene precari om-
nes ubique felicitati ejus convenit, quàm longissimè vir-
tutis ejus fama orbem pervasit. Et quamvis illa Danicæ
gentis gaudia, quæ literarum, quibus in istis terris quædam
quasi sedes constituta est, peritissimi Viri instruunt, Senatus
ac Proceres totq; fortissimi exercitus certatim effundunt,
cæterorumq; omnium pietas dispertitis officiis, paribus ani-
morum studiis, agitant; multò illustriora uberioraque fu-
tura sint, quàm ut peregrinis, longisque terrarum spatiis di-
feretis, eorum æmulatio facilis esse queat & expedita; erit ta-
men operæ pretium, si, quàm diligenter & hi virtutē ejus Maje-
statemq; observent, piis votis gratisq; vocibus fateri satagant.
Eqvidem, cùm Reges omnes Principesq; augustius quid am-
pliusq;

pliusq; cæterorum hominum modo habeant, quod advertit animos facitq; ut tanto fastigio dignum, pietatis plenissimum cultum ipsis tribuamus; tum in *Hoc Rege* colendo multò ampliores gravioresq; nobis causæ sunt. Infitus jamdudum est mentibus omnium, easq; suspensas tenuit, incredibilis ille Regiarum virtutum consensus atque concentus, quæ divivisæ, eos, quos in Romanorum annalibus miramur, nobilitarunt; illa in felices æquè ac afflictos, externos civésq; propensæ naturæ benignitas, mira ac propè singularis clementia, justitiæ atque æquitatis assidua & indefessa cura, fortitudo animiq; robur invicta, summa prudentia, tuendæq; religionis & libertatis imperatorius ardor, Musarum amor insignis, (quæ judicio sapientissimi Imperatoris, fundamenta sunt cunctarum virtutum) res olim fortissimè gestæ & præter cætera ornamenta regia, firmati auctiq; imperii felicitas. Quibus omnibus nunc quasi lumen quoddam denuò præfert apicemq; addit, admirabilis illa animi magnitudo, quæ memorando in omne ævum exemplo, commodis suis Religionis ac Libertatis communis bono posthabitis, salutarem illam Pacem dedit, quâ non modò Borealem illam orbis partem recreavit mirificè, sed ne Germania, sociæque gentes in rudus abirent, providit, atque in adjutorium belli Anglicani communisq; causæ, validissimis copiis missis, præclarissimum quoddam tot gentium salutis signum sustulit. Tantorum verò ornamentorum jucundissimi amplissimique fructus, cùm peculiari quadam ratione ad eos quoque, ac vel in primis pertinere videantur, qui in literarum studiis, quæ pace efflorescunt unicè, versantur, quis minùs aptum esse putabit, si auspiciatissima illa die, in gaudia verâ omni gente Danicâ, hæc Academia in societatem lætitiæ illius venire, rei que Christianæ tam salutarem Natalem celebrare gestiat? Qui cùm maximorum bonorum laudatæq; illius felicitatis auspex atque origo habendus sit, atque ex quo illuxit primùm, admirabilior quotannis, illustriórque redierit; non illis cæteris modò lætitiæ nostræ indicis, sed, quod in publicis gaudiis consuevimus, *Oratione Solenni* hîc dedican-

dicandus est. Quare dignam planè eximia illa in *Patria sua*
Parentem Optimum pietate sua rem suscepit

Pereximius Juvenis,

FRANCISCUS de HAGEN,


Hafniâ Danus,

celebritatem lætissimæ illius diei *conscriptâ de Laudibus PO-*
TENTISSIMI DANIÆ REGIS diserta Oratione, de præ-
dicaturus, quam ipso *Natali* illo, *hora XI. in Collegio Majore*
recitabit. Venit ille in Academiam hanc ante aliquot men-
ses, commendatus *Viro Nobilissimo atq; Excellentissimo Do-*
mino ANDRÆ VVOLGANGO AMANDERN-
ENDE, Philosophiæ atque Ebrææ Lingvæ Professore Celeber-
rime, Bibliothecario & Commissario Electoral. Collega atq;
(*ut vocant,*) *Compatri nostro Honoratissimo*, quo auspice
ac ductore studiorum suorum hucusque usus est. Et
constat, eum bonis literis seriò operam dare, quæque jam
olim complexus est studia, pro ingenii sui felicitate atque
elegantia adaugere studiosius. Accedunt ingenui compo-
sitissimiq; mores, illaque vitæ honestas, quibus se facile pro-
bat, bonorumque favorem meretur. Eò majore fiduciâ fre-
ti, **MAGNIFICUM UNIVERSITATIS RECTOREM,**
ILLUSTRES atq; GENEROSISSIMOS BARONES, PRO-
CERES UNIVERSITATIS EXCELLENTISSIMOS roga-
mus, ut quam satis benignè hucusq; dicentibus, toties de-
dêre præsentix suæ auscultationisque copiam, illustri argu-
mento, oraturisq; virtutibus in præsens non denegent. Sed
& vos, **JUVENES GENEROSI atq; NOBILISSIMI**, qui do-
centi mihi, publicè privatimq; egregium illum vestrum in E-
loquentiam affectum optimè probatis, his Exercitiis porrò
favebitis, atq; illa auspiciatissimi diei celebritate dicturo egre-
gio *Juveni* benevolam audiendi operam præstabitis; i. e. quod
â vobis, eâ qua decet humanitate petimus. P. P. in Universi-
tate Viadrina ad d. XIII Aprilis A. M DC XC.





Ve
illu
tis
fela
reg
on
ve
bu
eundem per vicinas æqu
atriis simul ac per
m enim ampli
ristianam mer
quibus prol
natur; sec
bus dist
dive
adi
e t
itati e
orbem
a, quæ litera
es constituta el
ac noceres totq; fortis
cæterorumq; omnium
morum studiis, agitant
tura sint, quàm ut peregr
feretis, eorum æmulatio
men operæ pretium, si, q
statemq; observent, piis
Equidem, cum Reges or



Calendas Majas
ssimi atq; Poten
RISTIANI.V.
per geminū ejus
as cæteras terras,
xus omnis anni
sq; gratulationi
onfidimus, colet;
lioris orbis gen
ebrari non inde
MAXIMI REGIS
non iis sit inclu
orbem imperi
ulósq; cultiores
guisq; distractos
ipse adeò, quos
to sibi haud ob
eratione pietatis
bene precari o
n longissimè vir
nvis illa Danicæ
is terris quædam
struunt, Senatus
atim effundunt,
ficiis, paribus ani
uberioraque fu
rarum spatiis di
expedita; erit ta
Virtutē ejus Maje
us fateri satagant.
ugustius quid am
pliusq;

CHRISTOPHORI NITTEL